

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis rebus Caput 2: De patiencia (11)

Bernardus:

Qui patienciam non seruauerit, perdet iustitiam,
hoc est uitam perdet, hoc est animam suam perdet.

Alioquin qui patientiam non servaverit, perdet iustitiam,
hoc est vitam perdet, hoc est perdet animam suam.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in annuntiatione Dominica*, 3.1 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.39, ll.1-2).

Vide opera domini:

flagellis cesus, spinis coronatus, clavis confixus,
affixus patibulo, obprobriis saturatus,
omnium tamen dolorum immemor ait:
Pater ignosce illis et cetera.

Modena, Bibl. Estense, MS lat. 1163, fol.16ra

Vide nunc opera Domini,
quae posuit prodigia super terram.
Flagellis caesus, spinis coronatus, clavis confossus,
affixus patibulo, opprobriis saturatus,
omnium tamen dolorum immemor, ait:
Ignosce illis.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermo in feria IV hebdomadae sanctae*, 8 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.61-2, ll.28, 1-2).